

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. II. Ex quâ regione profecti sunt Magi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

CAPUT X.

De Nato Christo à Magis quæsto;

NASCENTIS Christi gloria tum demum cœpit splendescere, cùm astrum Magos ex Oriente ad Pueruli cunas perduxit. De hi Orientis proceribus, corūmpic in Dominum Iesum religionē, Theologus Thomas Aquinas tertia partē, quæstione trigeminā sextā, non tam eleganter & disertè, quod Oratorum est, quam eruditè ac sapienter, quod Theologorū, differit. Hunc ego viæ ducem, inter ceteros mihi sequendū censui. Atque ut res ordine, quam potest, clarissimo sub aspectu veniat, tria potissimum de Magis Christum Natum adorantibus explicanda: *Profectio, Veneratio, Donatio* Magorum. Singula singulis capitibus exequemur, eo quo cœpimus dicendi genere.

§. I. Magorum ad Christi Nati cunas profectio.

Tria admī-

randa de
tribus Ma-
gis.1. Profe-
ctio.2. Submis-
sio & reve-
renzia.3. Eorum
liberalitas.

Admiranda (quod dixi) verè sunt, quæ de tribus Orientis Dynastis lacri codices loquuntur. Tria tamen potissimum occurunt, quæ inter admiranda hæc meritò numeranda. Primum, *Profectio* illorum, & iter in terram tam remotam. Alterum, *Submissio* illorum & reverentia in Regem tam ignotum. Tertium, *Liberalitas* tam larga & conueniens in novam prolem tam admirandam. Primo loco iter illorum se mihi offert. Quid hic non admirandum? Regio è quâ discesserunt, donus quam quæsiverunt, via quâ iverunt, eis viæ cui adhæserunt: Omnia hæc, inquam, admiranda. Ex Orientis partibus hos Principes venisse luculentē affirmat sacra pagina. Et rectissimè ex Oriente venerunt, quia unde dies nascitur (cum Chrysofomo loquor) inde vera religio, jubar illustrissimum processu. Hic il lud quæri posse video. Illæ Orientis regio, è quâ hi Triumviri Palæstinam petiverunt, ipsi Palæstina vicinior fuerit, an ab eadē remotior? Quorum quidem hoc alterum longè verofilius est, si Chrysofomo, Ambroſo, Leoni Pontifici creditimus, qui ternos hos Divos, r̄ emotioris Orientis incolas, & gentes in longinquo Orientalis plaga regionibus sitam appellant; inò ex remotissima Orientis parte veniente dixerè affirmant. Idque sacra historiæ convenientissimum videtur; ille enim Puer, qui per aërium illum & igneum tabellarium tam distans a gentes ad se accivit, eo clarior signo Hebreiam perdidim notavit, quo ex remoto loco venerabundum agmen ad se pertraxit. Quid enim ad infamiam turpius pediculoso illi deo Herodi, qui ebulliens verium examen codem suo, è quo prouerbiant, vivo cadavere pascebatur: Huic, inquit, tyranno, & omni Hierosolymitano, sed & Bethlemitico civi, quid ad ignominiam turpius, quæ illum Regem in suo agro natum, non tantum non coluisse, sed ne scisse quidem natum esse, nec etiam, quod gravius, scire voluisse, quem tamen extremi Orientis phalanx venerat adoratura? Toulit ergo divinus hic Infans remotissimi populi se regem, cælo testante, natum patefacere, quem nolle recusarunt vicinissimi Israélites. At quæ hæc Orientis regio fuerit, è quâ hi tres Toparchæ profecti sunt, variis sanctorum Patrum sensus est.

§. II. Ex quâ regione profecti sint Magi.

Alli è Perside eos producunt, alii è Mesopota-miâ, seu Chaldaea, vel quia Magorum scita originem sumpserunt à Chaldeis, vel quia Balaam Chal-

dæus, inter cujus posteros hi tres Magi à quibusdam censemur. Ego (i) fas sententiam mēam hic interponere) ex Arabiâ Felice illos ad Christum iter instituissi planissime persuadecor: & regius quidè Psaltæ, reges Arabum dona Christo allatuos, claro satijs ^{Felicis} vaticinio prædicti, cui & magni vatis Itaie vox accuecinit. At vero non ex Arabiâ Deserta, quæ cultores ignorat, nec ex Petræ, quæ meridi spectat, trium viros hos purpuratos venisse, nemini puto non lique-re. In eamden hanc sententia verunt olim antiquissimi Scriptorū, Iustinus, Cyrilles, Tertullianus, Cyprianus, quoru iste apertius, Nec multò pôst, inquit, Arabum fines hujus rei notitia penetravit, & incolis Saba præclaræ stella luminis celeste Numen novis splendoribus indicavit. Et horum tam magnorum testimoniū auctoritas non sit, ipsa certè donorum ratio id cuius persuadeat. Arabiam Felicem, auri & armatum feracem esse, vel ex illo natura præcone Plinio discimus, qui solam fere Arabiam thuris secundam matrem agnoscit. Quam ergo his conjectare pronum à tribus illis Satrapis, suæ regionis divitias, fulva montium viscera, & fragranties Arabicarumaborum lacrymas Christo Regi in munus delatas? Et evidentur his quasi symbolis tres illi Arabici duces profecti, se, si amque terram, suaque omnia in ejus fide & potestate futura, quem dono cultūg, tam suplice fuissent venerati. En fibi iter tam ignotum, tam arduum, tam non amoeno cælo ad Hebrei pueri gramineas cunas suscepserunt, opibus & prosopapianti: prius tamē ab aucto illo cælo oratore ad succipendum hoc iter persuasi. Atque hic est, quod non homines tantum, sed hominum imperatrix natura admiretur & obstupecat. Stellas extra caelum, & terrenas propinquas in alieno quasi regno, vidit illa numquam. Hoc tandem die leges illa tuas non tantum in pariente Virgine mutatas, sed & in aere sic splendescere superatas cognovit.

§. III. De Stellâ profectionis iſiūs duce.

Mirabatur natura nuper à Virgine prolem, hodie in apparet la aere stellam inuitato & inaudito partu prodidisse pene indignatur. Elusa hic est Astronomorum ars omnis, quæ eti numeratas sibi tot cæli stellas ja&tit, illarum motus designet, ortum obitum, que conmonstrat, ad hoc tamē unicum altrum infacunda & rudis obmutescit. Enimvero dicat, si id possit, è quâ materie aerea hæc tæda sic rutiat? quis illam per auras deportat, quis motum istum subministrat? num eam cælo genius aliquis impellit, num aër protrudit? num ipsa se moveret? quod tandem, manere suo perfuncta, aufugit? quas deniq; latebras petuit? an per auras evanuit? an in ipsas se auras transformavit? Hic ego Augustinum magis audiam, quam Astrologum. Examie hic Doctorum Doctor, Novam stellam, inquit, declaravit Natus, qui antiquum solem obscuravit Occidens. Quid erat illa stella, que nec usquam ante inter sidera illuxit, nec postea monstranda permanisit? quid erat nisi magnifica lingua cæli, que Numinis gloriam narraret, que Virginis partum nuntiaret inusitato fulgore. Ita Hipponensis Pontifex. Verè terra disciplinam tunc ab aere accepit per hanc directricem flamman tam faci itineris. Et quæ admirandus fuit motus ac progressus istius è cælo fulgorantis prodromi! Et quomodo se suis illis, quos ducebat, comitibus attemperabat aereum hoc fidus! Stabant illi? Stabat. Ibant illi? præbant istud. Per montes illi suum agmen erigebant? & hoc se se tollebat altius. In valles illi declinabant? & istud se depressoferat. Hospitalium illi è viâ petebant? eidem pene & stella succedebat, inde certe non prius movebat, quæ illi. Quid hic magis mirer, an stellam tam fideliter præuentem,

an co-